

CONTRADICTIONES

ordinem in natura entium, nec videt in latitudine abstracto esse gradus, sed sciunt quod distantie entium sunt valde disterse, vt scribit Comen. in 2. celi & mundi. in tex. 60, 64. & natura in suis operibus non facit saltum, vt. d. Aristote. in 8. de natura animalium, vnde non omne ens abstractum est essentialiter ab abstracto sicut operatione omnino. Fallit enim in ente medio cuiusmodi est intellectus malis quod mediat inter abstracta & malia, & ideo participat quodammodo vtriusque extremi conditiones, sicut aer dicitur esse copositus ex grauitate & leuitate sicut comparatione & sicut similitudinem, vt dicitur. 4. celi & mundi. tex. 60. in 16.

Contradi. in primo de anima. super tex. 44.

THEMISTIUS ponens distantiam inter actionem & motum, post nonnulla subdit quod motus est species actionis, nam si motus est, actio est, si actio est, non sequitur vt motus sit. Sed huius oppositum legimus in primo de genera. & cor. tex. 60. 43. vbi dicitur quod actio est species motus. Soluitur actio proprie sumpta fit cum abiectione contrarij & fundatur in motu & fit in tempore, & de hac agit primo de generatione. Communiter vero sumi solet pro operatione in communi quae est tanquam genus ad operationem immantem & transeuntem, & ad actionem quae fit cum abiectione contrarij & sine, & sic est tanquam genus motus, & sic sumptus Themistius hic & Aristote. in secundo de anima. textu. commentis. 54. vbi habet quod motus est actus quidam, actus enim duplex est, imperfectus & perfectus, & ideo actio, vt dicit Themistius ibi, cuius finis sit motus tamen distat ab eo, quatenus genus distat a specie. & vt inquit in sensu sepius usurpatum a Platone cooperitur, actio enim pro operatione est genus ad verum motum & ad alias actiones instantaneas, vt est visio & auditio. Sed Aristote. sumptus nomen actionis specialiter pro illa quae est cum abiectione contrarij, & sic est species motus, quia motus in quantum motus abstrahit ab hoc, quia potest esse etiam ab eodem ad idem, vt est circularis, & motus esse potest de contrario in contrarium, vt est motus rectus & alij motus. vnde vt inquit Themistius in presenti loco non est dissensio de nominibus, licet enim unicuique pro arbitratu suo vocabula interpretari & fingere, & generibus abuti specierum loco. Comen. in primo phys. comen. primo. inquit de nominibus modica est sollicitudo apud Philosophos.

Contradi. in primo de anima super cap. 10.

DICIT Themistius hic quod non plus albedinis habet quod bipedale albus est, quod pedale, neque tripedale, quod bipedale. Sed huius oppositum habet ab Aristote. in praedicamentis in cap. de quanto. ubi dicit quod quanta superficies fuerit tantam albedines fore dices. Soluitur qualitates sunt formae indiuiduae quod si diuisionem capiunt est per accidens ratione magnitudinis & subiecti in quo sunt, unde ut inquit praefatus expositor illud, ad cuius constitutionem absolutionemque nullus est usus magnitudinis suapte natura expers magnitudinis esse dicit etiam si diuisi aut distrahantur ex accidenti possit, & ideo essentialiter qualitas consistit in ratione indiuidua, & quae bene ratio albedinis essentialiter saluatur in pedali albo, sicut in bipedali & tripedali, & illo modo non plus albedinis est in pedali, quod in semipedali, sicut non plus humanitatis est in puero, quod in infante, nec plus in uiro, quod in puero, species enim sunt, sicut numeri. Sed loquendo de diuisione per accidens sic plus albedinis est in pedali, quod in semipedali. & ita loquitur Aristote. & quod ille sit sensus Themistij manifestant uerba eius ibidem, inquit enim quod amplitudo & me-

sus ad essentiam & substantiam qualitatum nihil pertinet, sed albedo quatenus albedo est indiuidua est, & in re indiuidua. id est in magnitudine continetur, inde collige ex mente Peripateticorum, aliud esse totum essentialiter aliud integrale.

Contradi. in primo de anima. super cap. 14.

THEMISTIUS habet quod animae singulorum hominum non possunt esse ab animabus separate, quia ille non possent distingui ab initium, cum omnis distinctio rerum in eadem specie fit participatione materiae. idem habet Comenta. in libro destructionum disputatione prima, in solutione septimi dubij. idem videtur velle Aristote. septimo metaph. tex. 60. in 23. sortes quidem differunt a Platone propter materiam. Oppositum tamen videtur sentire Comenta. in secundo de anima comen. 2. & 7. & primo de anima comen. 90. vbi videtur dicere formam esse principium unitatis materialis, & per consequens distinctio potius indiuiduorum est per formam, quod per materiam. Dicit resolutum secundum Peripateticorum fundamenta, natura nihil frustra facit formae quae possunt perpetuari in unitate numerata non sunt nisi vna in vna specie, quia natura non abundat in superfluis, tales autem sunt quae coniunguntur abstracte secundum esse a materia. in formis autem quae hoc non habent ibi multitudine est indiuiduorum in eadem specie simul. successe, & hoc non est nisi in formis existentibus in materia, quia per materiam res potest esse & non esse, & illo modo dixerunt Peripatetici causam multiplicationis indiuiduorum in eadem specie originem habuisse a materia, vnde in via ipsorum omnia quae sunt numero plura in eadem specie sunt formae in aeternitate vel habentia formam in materia, & non potest esse sine materia. si vero comparatio fiat materiae & formae ad compositum ex materia & forma a quo istorum compositum habeat principaliter esse & unitatem materialem an a materia vel a forma, & similitur distinctionem dico quod a forma principaliter, sed non a materia. Sic igitur quia Peripatetici non viderunt necessarium talem multiplicationem in eadem specie nisi in rebus materialibus ablo, ut enuntiauerunt distinctiones indiuiduorum in eadem specie esse participatione materiae, sed non negant quod etiam talia distinguantur per suas formas immo intensius & principaliter, & isto modo cogoradanda sapientum, sicut in simili dicit Aristote. in secundo de anima. tex. 60. in 26. anima non est corpus, sed non est sine corpore, sic distinctio principaliter non est a materia, sed est a forma, tamen non est sine materia.

Contradi. in secundo de anima super tex. 147.

THEMISTIUS dicit in presenti loco quod ipsa vis sentiendi, id est sensus communis ipsas contrarias qualitates non patitur, sed ante se positas, & ad pedes genuaque aduolutas iacentesque contemplantur, vbi videtur sentire sensum communem non esse passiuum & receptiuum. Sed huius oppositum habet Comen. secundo de anima comen. 142. vbi dicit quod vltimus sentiens est patiens tantum. Debes scire quod Aristote. ad questionem ibi, propositam an idem sensus sit qui de contrariis sensibilibus iudicat duas responsiones dedit. prima dicit ipsum esse vnum sensum, sed ratione diuersa, vnum quidem quia est loco & numero vnum plures vero ratione, quia plura recipit. Sed istam solutionem statim improbat, quia licet potentia aliquid possit dici idem respectu contrariorum, actu tamen hoc implicat. Et ideo dat aliam solutionem quae est melior quod sensus communis est vnus vt est centrum unum in circulo, ubi Comenta. dicit